



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatvs  
Tres spirituales**

**Arias, Francisco**

**Coloniæ Agrippinæ, 1603**

Cap. 16. Mortificationis ope omnes te[n]tationes vinci, peccata futura  
impediri, & gratiam conseruari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

306 TRACTAVS DE SVI

tas tua, ut loquaris sermonem Tunc de  
lectaberis super Domino. & suscolla  
super altitudines terra, & cibabo te ha  
reditate iacob patris tui. Delectari in  
Domino, quid est aliud, quàm mirabi  
li consolatione perfundi? quid suscol  
li super altitudines terra, quàm pedo  
re generoso, spirituque diuino dona  
ri, quo omnes res caducae huius mon  
di, cū nihil sint, nihili pēdantur; quide  
deniq; cibari hereditate iacob patriar  
chæ promissa, quàm animam om  
nibus gratiæ donis in pignus æternæ  
felicitatis ornari & instrui?

CAPVT XVI.

Mortificationis ope tentationes, omnia  
que animi hostes expugnari, peccata  
futura impediri, & gratiam  
semel acceptam con  
seruari.

**A**D superandum validissimum  
inimicum, presentissimum  
remedium est. studio è circum  
spicere, qua in re summum eius robur  
positum sit. illudque cum primis  
ut Philistæi fecerūt fortissimo sampson

Iuā. 16.

MORTIFICATIONE. 307

ni, adimere. Illi enim ex relatione Da-  
 lila cognorant omne robur eius fuisse  
 in crinibus, quibus relectis eum cepe-  
 runt. Capitalis noster inimicus est, *caro* Gal. 5.  
 nostra, nam caro, teste Apostolo, *con-*  
*cupiscit contra spiritum.* Hic inimicus  
 omnes vires suas habet in commodi-  
 tatibus & laeta tractatione, quoq; co-  
 piosius & crebrius illi subministratur  
 cibis, potus, somnus, otia, aliaq; recre-  
 ationes, hoc maiores vires & robur ca-  
 pit ad oppugnandum spiritum, & in  
 omnia flagitia praecipitandum. Id Le-  
 uitae filij Israel confitentur, vt com-  
 memorat diuina scriptura; nam lo-  
 quentes in oratione cum Deo, dix-  
 runt. Tu Domine dedisti ( maio-  
 ribus nostris ) regna & populos gen. 2. Esor. 6. 9.  
 & humum pinguem, & possede-  
 runt domos plenas cunctis bonis, vi-  
 neas, oliuetas, & ligna pomifera multa,  
 & comederunt, & saturati sunt, &  
 abundauerunt, & impinguati sunt, &  
 deliciae in bonitate tua magna. Prouo-  
 cauerunt autem te ad iracundiam, &  
 recesserunt a te, & proiecerunt legem  
 tuam post terga sua. Hoc ergo robur  
 carnis; remedium autem ad expug-  
 nan-

*Grat. 8. de  
temperan  
tia.*

*serm. 29. in  
Cant.*

nandam eius rebellionem est moderatum cibum potumque abstinence & ieiunio, lasciuiam & molliem asperitate cilij & disciplinæ comprimere, submittere eam & ad labores adigere: sic enim vigorem suum & petulantiam facile de eret, vt bene monuit B. BAULIVS, Ne esse est, inquit, totum corpus nostrum castigare, eique tãquam feræ belluæ frenum injicere: si enim delictijs & bñdimentis illud foueamus, instar equi ferocis & indomiti curum cum auriga euertentis, animã nostrã in canum flagitiorum præcipitemaget. Sin vero subtractione voluptatum & illecebrarum, quæ sunt vitiorum quasi eia; & voluntaria susceptioe penarum quæ semper sunt virtutum, affligamus, robur eius facile languet, & spiritus imperiorationis & voluntatis diuinæ nullo negotio illud subiugabit. De eadẽ re sic loquitur Bernardus. Carnis infirmitas robur spiritus sui auget & subministrat vires: ita contrario noueris carnis fortitudinem debilitatem spiritus operari. Neque id ita intelligendum, quasi naturalis carnis debilitas vim habeat vires suppeditandi

MOTIFICATIONE. 109

ditandi spiritui, passionibusque & pra-  
uis inclinationibus partis animi sen-  
tientis efficaciter medendi: fieri liqui-  
dem potest, ut in homine quantum-  
uis macilento, & viribus destituto per-  
turbationes iræ, aliæq; huiusmodi re-  
mancant vehementissimæ; sed quod  
beneficio moderatæ mortificatio-  
nis, qua non nihil carnis intemperan-  
tia coercetur diuinæ gratiæ dona, pecu-  
liariaque à Deo auxilia, quibus caro de-  
bilitetur, & spiritus roboretur, obtine-  
ri soleant.

VNDE sequitur, per mortificatio-  
nem quoque vinci demones, qui in-  
firmamento carnis nostræ ad oppugnã-  
dum spiritum ferè vtuntur. Qua de  
causa vnus e primis D. Francisci socijs  
B. Ag. diu perfacete consuevit dicere, *In Chron.*  
nullum carne nostra valentiorum mi-  
litem merere demoni, itaque ea sub-  
actam nihilum recidere omnes eius  
conatus eadem causa S. Franciscum *In eius vi-*  
ad mortificationis studium impelle-  
bat. Nam, vt scribit B. Leonæura, sui  
mortificandi causa, vel cineres vel a-  
quam in cibos iactabat, vt saporem a-  
dimeret; inter dormiendum lapidem

capiti, puluini loco, subijciebat; velle  
 nulla, nisi aspera, vti volebat; & si mol-  
 lior porrecta fuisset, eam in terius fu-  
 niculis exasperabat; eiusque rei duas  
 causas reddebat. Vnam, quod illud pla-  
 ceret Christo. Alteram, quod asperi-  
 tas plurimum valeret ad vincendo-  
 demones. Et addit, certissima eum ex-  
 perientia didicisse, demones volupta-  
 tum & deliciarum illecebra primum  
 hominem tentare, ad mortificationem  
 autem omnem horrere & fugere. Val-

Serm. 23.

Matt. 17.

de D. Augustinus ad fratres in in-  
 celis. Per ieiunium, inquit, fratres mei  
 humiliatur caro, & diabolice deu-  
 cuntur virtutes. Hoc caeleste docu-  
 mentum suo ore quoque protulit  
 Christus, cum diceret. Hoc genus dae-  
 moniorum non eicitur nisi cum ieiunio

Serm. 65.

de Temp.

& oratione. In qua verba Augusti-  
 nus. Vidit, inquit, quanta seruati-  
 onum virtus, ut id facere ieiunio  
 valeant, quod Apostoli nequiter  
 nempe sola inuocatione nomi-  
 ni Christi: si enim mortificationem  
 ieiunij inuocationi iunxissent, effica-  
 rem orationem reddidissent.

Ex hac doctrina sequitur, nos per-

MORTIFICATIONE. 311

mortificationem, non modò liberari à peccatis præteritis, satisfaciendo pro illis, vt dictum est, sed etiam à futuris, quæ committere poteramus. Ideo enim homo in peccatum labitur, quia, cum ipse sit infirmus, dæmon vero fortis, faciliè eius tentationi succumbat: at per mortificationem dæmonis vires imminuuntur, & spiritus nõ ster roboratur, vt tẽtationibus obistere possit, à quibus alioquin erat in peccatum præcipitandus. Hoc expendens S. Bernardus. *Primum quidem, ait, fratres pro eo, quod ab ipsis quoque licitis abstinemus, ea nobis, quæ prius commisimus illicita, condonantur. Quid verò est condonari commissa, nisi ieiunio breui ieiunia redimi semper eterna? Gehennã enim meruimus, vbi nullus vnquam cibus est, consolatio nulla, terminus nullus, vbi gustant aqua diues postulat, & accipere nõ meretur. Bonũ ergo & salutare ieiunã, quo redimuntur aterna supplicia, dũ remittuntur hoc modo peccata. Nõ solũ autẽ abollitio est peccatorũ, sed extirpatio vitiorum: nõ solũ obinet veniã, sed & præmeretur gratiam: nõ solã delet peccata præterita, quæ*

Serm. 4. de quadrages

Luc. 16.

condon-

commissimus, sed & repellit futura, quæ  
 committere poteramus. Hæc omnia Ber-  
 nardus. Ommentam Dei misericor-  
 diam ô bonorum ineffabilem pel-  
 lus, hominem Christianum tam faci-  
 le, abstinendo illecebris carnis, & pro-  
 priæ voluntatis solatijs, pœnam exi-  
 guâ corpori infligendo, sensusq; coer-  
 cendo possit effici, quod omnes im-  
 peratores & monarchæ huius mundi  
 omnes, quantumvis potentissimi ex-  
 ercitus, qui in legas regiones armis  
 suis subigere voluerunt, efficere nun-  
 quam potuerunt, hoc est, ut vel unum  
 dæmonem expugnarent, vel unum pec-  
 cato quempiam liberarent. O admirabi-  
 lis Christi in nos fauor & humani-  
 tas, qui tam leui & facili remedio in suis  
 electis operari voluit tam heroica faci-  
 nora, ut Satanae frangere potentiam  
 & flagitiorum tyrannidem conpescere.  
 Quare merito B. LEO Pontifex maxi-  
 mus inter spiritus sancti maxima dona, quæ  
 Deus suis impertit Ecclesiæ, numerandum  
 putat, quod ad carnis vitia, dæmonisq;  
 fraudes superandas nobis præsidium ieiunij  
 & mortificationis concesserit, cuius opera, Deo adiu-  
 uante,

Serm. 2. de  
 Pentec.



MORTIFICATIONE. 373

uante, omnibus tentationibus resistere possimus.

Ex eadem doctrina id quoque efficitur, mortificationis bono à nobis etiam obtineri donum incomparabile virtutis perseverantiæ. Neque enim vel gratia vel caritate antè excidimus, quàm tentatione graui in noxam lethalem nos prosterni sinamus. Cum ergò, vt dictum est, mortificationis virtute omnibus tentationibus superiores euadamus, perspicuè sequitur in gratia semel accepta nos perdurare. Magnū profectò solatiū est, in hoc nostræ vitæ exilio, tot periculis & calamitatibus pleno, tam grande & efficax antidotum habere cōtra omnes lapsus; neque enim omnes serui Dei alia de causa ingemiscunt & suspirant in hac vita, quàm quia solliciti sūt, vt hoc perseverantiæ donum, quo vno coronam de manu summi Imperatoris sui & iudicis tandem rapiant, à Deo consequantur. Omnes virtutes currūt ad brauium, inquit quidam, sed sola perseverantia coronatur.

C Trid. sess. 6. com. 29.

SCIMVS neminem posse de con-  
digno, vel ex iustitia mereri hoc per-  
seu-

feuerantiae donum, quia lege ordinaria homo manet in hac vita liber ad peccandum mortaliter, ac proinde in eo statu, quo gratia spoliari possit.

Quare magni beneficii loco ducere debemus, à Deo nobis relicta media quibus illud obtineamus, saltem ex misericordia, ut orationem, mortificationem, & eleemosynam, quibus medijs, opitulante diuina gratia, hunc mirabilem perseverantiae effectum  
*sess. 6. c. 13.* impetrare possumus, ut fatetur Concilium Tridentinum his verbis. DE perseverantia munere nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine pelli- ceatur; tamen in DEI auxilio fir- missimam spem collocare & reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi il- lius gratia defuerint, sicut capit opus bonum, ita perficiet, operans velle & perficere. Et declarans quibus medijs obtineatur perseverantia, subiicit, nos debere operari salutem nostram in la- boribus, in vigilijs, in eleemosynis, in e- rationibus, in ieiunijs, & castitate. De- inde clarius exponens mortificationis virtutem, adiungit. Scientes, quod in spem gloria, & nondum in gloriam re-  
 pati

MORTIFICATIONE. 375

nati sunt, de pugna, qua superest cum carne, cum mundo, cum diabolo: in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent, dicenti. Debitores sumus, non carni, ut secundum carnem vivamus: si enim secundum carnem vixeritis, morimini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Hucusque Concilium.

Rom. 8.

CAPVT XVI.

Mortificationis exemplo multos edificari & ad bona opera commoveri.

NON dubium est, ut sancti Patres confitentur, ut bona doctrina multi edificantur & commoverentur ad vitam pie instituendam, sic bonae vitae exemplo efficacius multo plures commoveri Deum, antequam humanam assumeret naturam, visibile quoque virtutis exemplum praeberet, cognoscebant & imitabantur in mundo pauci, cantabaturque illud Psalmi. Notus in Iudaea Deus, in Iisrahel magnum nomen eius. in solo enim angulo illo orbis, nempe

Greg. in pastoras. p. 2. c. 3. & in prol. dia- log. Bern. serm. de S. Benedicte.

Psal. 78.